

Universitätsbibliothek Wuppertal

Pvb. Virgilio Maronis Bucolicorum Eclogæ X, Georgicorum Libri III, Æneidos Libri XII

Vergilius Maro, Publius

Genevæ, M.DC.XXXVI.

De Virgilio varia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)

DE VIRGILIO VARIA.

OCTAVIANI AVGVSTI NOMINE, IN
Virgilij Æncidem versus.

REGÓNE supremis potuit vox improba verbis
 Tam dirum mandare nefas: ergo ibit in ignes?
 Magnaque doctuloqui morietur musa Maronis?
 Abscelus indignum soluetur lictera dives?
 Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
 Flamma suo? dignumque operis seruare decorem?
 Pulcher Apollo veta, Musæ prohibete Latina:
 Liber, & alma Ceres succurriste: vester in armis
 Miles erat, vester docilis per rura colonus.
 Nam docuit, quid Ver ageret, quid cogeret Æstas:
 Quid pater Autumnus, quid Bruma nouissima ferret.
 Arbuta formauit: sociauit vitibus vltimos.
 Curauit pecudes, apibus sua castra dicit.
 Hac dedit vt pereant, ipsum si dicere fas est.
 Sed legum est seruanda fides: & summa voluntas
 Quod mandat, fierique iubet, parere necesse est.
 Frangatur potius legum reuerenda potestas,
 Quam tot congestos, noctesque, diesque labores
 Hauserit vna dies, supremæque iussa parentis
 Amittant vigilasse suum: si forte furenti
 Errauit in morte dolor, si lingua locuta est
 Nescio quid titubante anima, non sponte, sed altis
 Expugnata malis, odio languoris iniqui:
 Si mens caca fuit: iterum sentire ruinas
 Troia suas, iterum cogetur reddere voces?
 Ardebit misera post vulnera vulnus Elisa?
 Tam sacrum soluetur opus: tot bella, tot enses
 In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
 Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores:
 Et spirent ignes, viuat Maro dictus ubique,
 Ingratisque sui, studiorumque inuidus orbi,
 Et factus post fata nocens, quod iusserat, ille,
 Sit vetuisse meum. satis est post tempora vita.
 Immodis aeternum tota resonante Camæna
 Carmen, & in populo diuis sub nomine nomen
 Laudeiur, vigeas, placeat, relegatur, ametur.

SVBSCRIPTVM IMAGINI VIRGILIANÆ,

HILASIVS.

SVBDVXIT morti vinctax pictura Maronem.
 Sed quem Parca tulit, reddit imago virum.
 IDEM EIVSDEM.
 Lucis damna nihil tanto nocuere poete,
 Quem presentat honos carminis, & plutei.

IN

DE VIRGILIO VARIA.
IN VIRGILIVM INCERTI
A V C T O R I S.

*Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci
Docte Maro, fratrem Diis immortalibus aquas.*

IN EVNDEM PENTADII.

*Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.*

P. OVIDII NASONIS DE
ÆNEIDE VIRGILII.

*Et profugum Æneam alte primordia Romæ,
Quo nullum Latio clarior extat opus.*

EIVSDEM AD AVGVSTVM.

*Et tamen ille tua felix Æneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.
Phyllidis hic idem, teneraque Amaryllidis ignes
Bucoticis iuuenis luserat ante modis.*

SEX. AVRELII PROPERTII.

*Altit Virgilium custodis litora Phœbi,
Casaris & fortes dicere posse rates.
Qui nunc Ænea Troiam suscitât arma,
Iactâque Laninis mœnia litoribus.
Cedite Romani scriptores, cedite Gray,
Nescio quid manus nascitur Iliade.
Tu canis umbrosi subter pineta Galeſi
Thyrſin, & attritis Daphnin arundinibus.
Vique decem possint corrumpere mala puellam.
Missus & impressis hœdus ab vberibus.
Felix, qui viles pomis merearis amores,
Huic licet ingrata Tityrus ipse canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricole domini carpere delicias.
Quamvis ille sua lassus requiescat, auena,
Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Ascræi veteris præcepta poeta,
Quo seges in campo, quo viret herba loco.
Tale factis carmen docta testudine, quale
Cynthius impositis temperat articulis.*

ALCIMI DE VIRGILIO
ET HOMERO.

*Mœonio vati qui par aut proximus esset,
Consultus Paanrisit, & hæc cecinit.
Si potuit nasci quem su sequereris, Homere,
Nascetur qui te possit, Homere, sequi.*

IN VIRGILII EPITAPH.

ALCINOI DE VIRGILIO.

De numero vatuum si quis seponat Homerum:
Proximus à primo tum Maro primus erit.
Et si post primum Maro seponatur Homerum:
Longe erit à primo quisque secundus erit.

AD AVGVSTVM CÆSAREM CORNELII


GALLI DE ÆNEIDE VIRGILII.

Temporibus latis tristamur Maxime Casar
Hoc uno amisso, quem gemo Virgilium.
Sed vetuit relegi, si tu patiere libellos:
In quibus Æneam condidit ore sacro.
Roma rogat, precibus totus tibi supplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monumenta Ducum.
Atque iterum Troiam, sed maior flamma, cremabit:
Fac laudes Italium, fac tua facta legi:
Æneamque suum fac maior nuncius ornet:
Plus fatis possunt Casaris ora Dei.

DIVERSORVM QVORVNDAM

in Virgilium epitaphia.

PALLADIVS.

 Onditus hic ego sum cuius modò rustica Musa
Per sylvas, per rus, venit ad arma virum.

ASCLEPIADES.

Tityron, ac segetes cecini Maro, & arma, virumque.
Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

EYSTHENIVS.

Virgilius iacet hic, qui pascua versibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma viri.

POMPEIANVS.

Qui pecudes, qui rura canit, qui pralia vates,
In Calabria moriens, hac requiescit humo.

MAXIMIANVS.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo,
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

VITALIS.

Mantua mi patria est, nomen Maro: carmina sylva:
Ruraque cum bellis: Parthenope tumulus.

BASILIVS.

Qui sylvas, & agros, qui pralia versibus ornat,
Mole sub hac situs est ecce Poeta Maro.

ASSINTINVS.

Pastorum vates ego sum, cui rura, Ducisque
Carmina sunt: hic me pressit acerba quies.

VOVIANIVS.

A syluis ad agros, ab agris ad pralia venit:
Musa Maronis adest nobilis ingenio.

EVGE.

ARGV. IN VIRGIL. OPERA.

EUGENIVS.

*Bucolica expressi, & ruris praecepta colendi:
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito.*

IULIANVS.

*Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, & segetes: & fera bella canit.*

HILASIVS.

*Pastores cecini: docui qui cultus in agris:
Praetia des. ripsi: contegor hoc tumulto.*

ARGVMENTA IN BVCOLICA, GEORGICA,
ET AENEIDA VIRGILII.

PASTORVM Musam vario certamine promit.

Ruris item docilis culturam carmine monstrat.

Arboribus vitem, prolem quoque iungit oliuae.

Pastorūque Palen, & curam tradit equorum.

Tunc apium seriemque, & mellis dona recenset.

Aeneas profugus intrat Carthaginis oras.

Coniunctis series narratur Troica belli.

Tertius at complet narrantis in ordine gesta.

Ardet amans Dido fatum sortita supremum.

Quintus habet varia tumuli spectacula patris.

Infernos Ditis maneis, & regna pererrat.

In Latium Aeneas, Italas simul intrat in oras.

Insonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.

Euryalum, & Nisum deflet cum matre iuuentus.

Pallanti exitiūque, & Turni luditur orsus.

Euandēque simul multorum funera deflet.

Mezenti interitus canitur: post funera Lausi.

Ultrāque dehinc fertur telo mactata Camilla.

Turni vita fugit infernas mæsta sub umbras.

ARGV. IN XII. AENEIDOS LIBROS,
singula singulis versibus absoluta.

AENEAS Primo Libyes appellitur oris.

Funera Dardania narrat, fletusque Secundus.

Tertius errores canit, amissūque parentem.

Vritur in Quarto Dido, flammāsque fatetur.

Quintus habet ludos: & classē corripit ignis.

Queruntur Sexto manes, & Tartara Ditis.

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

Preparat Octavo bellum, quos mittat in hostes.

Nonus habet pugnas: nec adest Dux ipse tumultu.

Occidit Aeneas Decimo Mezentius ira.

Vndecimo victa est non ex quo Marte Camilla.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.